INDICE

De los Papeles recogidos en este Tomo Septimo de sus assumptos &c^a=

1 Alphonsus Carranza annos communes, seu antiq) Aegyptiorum vindicat ab impostura Claudij Salmasij — — — — — — — — — — Fol. 1.

2 Carta Pastoral del Obispo de Malaga D. Fr. Al.^o de S. Thomas a los fieles de su Obispado en ocasion del temblor de tierra del año 1680 —— 6.

3 Otra del dho Obispo, exortando a los fieles de su Obispado a hazim.^to de gracias en ocasion del triunfo, q consiguieron las Armas catholicas contra los Otomanos en Viena año 1683. — — — — — — 14.

4 Origen, y excelencia de la Grandeza de España, defensa de sus prerogativas, sobre q no deben ser preferidos en funciones Reales los Varones Rom.^s &c.^a = 28.

5 Origen, q tuvo en Roma el Uso del Solio en las Casas del Condestable Colona Duque de Brachano Ursino, con explicacion de lo q significa, sus prerrogativas. &c. — — — — — — — — 22.

6 Copia de los Papeles del Marq.) de Astorga, y sus respuestas: sobre el assiento en dho Solio el año 1631. — — — — — — 25.

7 Razones, q assisten a los Varones Rom.^s q son Grandes de España p.^a no ser precedidos de otros en las funciones q como Grandes hizieren; ni aun entre si pueden tener precedencia p.^r razon de prehem.^a particular &c. — 27.

8 Legal Censura, y Canonica pena contra el desacato a la predicacion Evangelica en unas proposiciones temerarias, q se predicaron en la Cap.^a del Rey D. Carlos Segundo — — — — — — — 29.

9 Monitorio de Urbano 8. p.^a que en Toledo se reciba un Canonigo —— 55.

10 Carta del Provincial de Armenia del Orden de S. Dom.^o al R.mo General de dho Orden, en q refiere un milagroso caso, q le sucedio con los turcos en confirmacion de n.^a Fe catholica, y los q se convirtieron &c. — 63.

Relacion dela Imagen de S.to Domingo traida del Cielo q̃ mano dela Virgen N. S.a al Conv.to de Santo Dom.o de Soriano. — — — 65.
Carta del Rector del Colegio Imperial dela Comp.a de Jesus, en la Muerte del P. Juan Eusebio Nieremberg dela Misma Comp.a — — 67.
Otra sobre la Muerte, y virtudes del P. Jorge Hemelman dela Comp.a de Jesus, Provincial segunda vez dela Provincia de And.a — — 77.
Otra en la Muerte del Herm.o Alonso dela Fuente dela Comp.a — 83.
Otra en la Muerte del P. Alonso de Cordova, Religioso dela Comp.a — 85
Otra en la Muerte del Ilmo S.r D.n Ambrosio Spinola, y Guzman Arzobispo de Sevilla; q̃ el P. Balthasar de Eques, Provincial en la Prov.a de And.a dela Comp.a de Jhs. escrivio â los Superiores de dha Provincia. — — — — — — — — — 87.
Otra Carta en la Muerte del P. Balthasar de Eques Provincial dela Prov.a de Andalucia dela Comp.a de Jesus. — — — — — — 89.
Carta de D.n Pedro Garcia de Ovalle, oidor dela Chancilleria de Valladolid, escrita al Reyno del Perù al M.e de Campo Gaspar de Salcedo pidiendole perdon dela injusta sent.a de muerte, que dió, y se executó en su Herm.o &c. — — — — — — — — 92.
Memorial cerca del Patronazgo, q̃ la Ciudad de Sev.a tiene delas Escuelas de Latinidad del Coleg.o de S. Hermen.o de la Comp.a de Jesus, de dha Ciudad. — — — — — — — — — — — 94.
Parecer cerca de una contribucion Real, ô Donativo. — — 100.
Respuesta del tiempo, y la esperanza Bro ay. tom. 2. fol. 555. — — — — 102.
Bula de Clemente Decimo, confirmatoria delas Indulg.s concedidas â la Relig.n del Carmen, y â sus Herm.os q̃ otras Gracias. — 108.
Carta de un Misionero dela Comp.a â otro q̃ intentaba dexar las Misiones. — — — — — — 112.
Carta de D.n Fran.co Montalvo en la Muerte del Ex.mo S.r Marq.s del Carpio, Virrey de Napoles. — — — — — — — 119

Bula de Gregor.º 15.º sobre los privileg.s de los essemptos acerca de la predicac.on y administ.on de Sacram.tos á Monjas. — — — — — — — — 116.

Inn.º Undec.º á los Arzbos, Obispos, y Clero de Francia, congregados en Paris. — — — — — — — — — — — 118.

Memorial del M.ro Bernal, Premonstratense, en q.e prueba, ser el Abito, q.e ordenó S. Norberto, el q.e traen en Francia los reformados &c. — 122.

Orden Militar de los Crucesignatus de Jesuchristo, en los Ministros, y Familiares de la Inquis.on = Indulg.s gracias, y privileg.s á ellos concedidos — 172.

Compilacion de las Instrucciones del Oficio de la santa Inquis.on — — 176.

Por el Fisco de la Inquis.on de Sevilla; sobre q.e la confiscacion de bienes de vn reo en delitos de Judaismo, ha de comprehender las dos tercias p.tes de la herencia de vn hijo del dho reo. — — — — — 226.

Auto General de Fe celebrado en Cordova año 1665 dia de S. Pedro — 266

Diario de los buenos sucessos de las Armas de su Mag.d Cath.ca contra el Rebelde entre Duero, y Miño año 1662 — — — — — 301.

Relacion de lo q.e padecieron en el Japon ciento, y diez y ocho martyres el año de 1623 — — — — — — — — — — 303.

Relacion de la Entrada del Principe D.n Carlos de Inglaterra en la Corte de Madrid el año de 1623 — — — — — — 305.

Memor.l de Fran.co Baez Eminente contra los Consules de las Naciones Flamenca, y Alemana = sobre para en los dros de Aduana — 307.

Informe q.e haze al S.r D.n Phe Quarto, Rey de Esp.a la Hermandad de los Gremios de las Artes, y Oficios de Sev.a suplicando la aprobacion de ordenanzas, y Constituciones. &c — — — — — 311.


Auto de Fe celebrado en Gran.a año 1615 dia de la Ascension del S.r — 313

Otro, celebrado en Sev.a año 1623 segundo Dom.o de Quaresma. — 319.

Sentencia executada en la Villa de Madrid contra testigos falsos en vn testim.o del pecado nefando, y hechizerias. — — — — 327.

Memor.l al Rey dado p.r el Estado Eccl.o y secular, Vniversidades, y Estudios p.les, para la baja de millones sobre los Libros. — — — 329.

Papel, sobre la alcavala delos Libros. — — — — — — — — 339.
Memorial al Rey. q̃ Los Libreros de Castilla = sobre lo mismo. ——— 343.
Otro delos mismos, sobre la dha imposicion. — — — — — — 347.
Otro en el mismo assumpto en nᵉ delos Abogados. — — — — 349.
Otro en nombre de los Libreros, è Impressores de Granada ——— 357.
Consulta theologicà hecha por el Arzobispo de Granada al P. Jorge Hemelman dela Compª de Jesus, cerca dela pretension de D. Ferndo. del Pulgar, Secular, y cassado, sobre tener èl, y los sucessores en su Mayorazgo, silla en propiedad en el Choro dela S. Igª de Granª. entre los Racioneros Sacerdotes, celebrandose los Divinos officios; y el mismo lugar en las Processiones, y Juntas en q̃ concurren los Racioneros con el Cabildo. — — — — — — — 355.





Retrato del Ven.e Padre FERNANDO
de CONTRERAS Capellan del Choro de la S.ta
Patriarchal Ygl.a de Sevilla, Collegial del mayor
de S.n Ildefonso Vniu.d de Alcala, Obispo electo de
Guadix, y Redemptor de Cautivos; Nacio en Se-
-villa año de 1470. y murio el de 1548. està Sepul-
-tado en Lugar maravillossamente destinado
delante del Choro de dha S.ta Ygl.a

J. Bouche

ALPHONSVS A CARRANZA

I. C. HISPAN.

ANNOS COMMVNES, SEV CIVILES ANTIQVOS AEGYPTIORVM (E QVIBVS GRAECI ET ROMANI SVOS DIMENSI FVERE)

A

NOVISSIMA CLAVDI SALMASI IMPOSTVRA

VINDICAT.



Anno 1630.

MADRIDI

In Officina FRANCISCI MARTINEZ

De Superiorum conlubentia

D. Barrientos de la Torre

CLARISSIMO
ET DISERTISSIMO I. C.
ET BONARVM QVARVMQVE LITTERARVM INSIGNI ADSERTORI DOCTORI D. IOANNI FRANCISCO DE MOLINA
ALPHONSVS CARRANZA
S. DICO.



VNCTA ferè (quæ perceleber ille Gallus Pat. Dionys. Petavius in annorum & mensium civilium Hebræorum, AEgyptiorum, Græcorum & Romanorum Historica ἐξηγέσει, *& populica maximè designatione suo ductus captu excogitârat)* collapsa *certè* Bono Pvblico fuerunt subductis *per Diatribem nostram* columnis, *ut est in communi voto ista attentè disquirentiũ. Sed ad maiorem (ut aiunt) cautelam eadem Petaviana penitius sperabamus evertenda à Claudij Salmasij, illi impensè oppositi, novissimis commentis super* Solini cap. 3. *quò loci is Auctor de annis mensibusq; civilibus tractationem diffusam iniverat. Nihil tamen minus. Cùmq; iam desperaremus in Salmasij exercitationibus aliquid adinvenire, quod annorum scriptionem contingeret, ecce incidimus in pleraq; ab illo nunc excogitata sub* pag. 552. & seqq. primi tomi, *in civilium annorum AEgyptiorum constitutione nostris adversantia, & à vero simul tramite adeò devia quàm quæ magis. Ob idq; è re litteraria futurum existimavimus, si ingenti negotiorum moli, & instantibus consultationibus (quibus ob indefatigabile de Iurisprudentia benemerendi studium semper incumbimus) aliquod temporis interciperemus; ut communem adsensum ista tractantium, veræ, nisi fallor, historiæ innixum, iterum atque iterum obfirmaremus. Hoc autem facillimo negotio, & brevissimo dieculæ inquam unius spatio confecimus; subdubij tamen an perfecerimus: id quod nos certè rebimur adsequutos, egregie Vir, si isthac, tibi sacrata, haud displicuisse pervi-*

*derimus. Eâ quippè polles ingenij dexteritate, multiiuga lectione & eru-
ditione perpoliti, ut ſi noſtra adprobaveris εἰς πάντα αἰῶνα perſtitura non du-
bitemus. Cui enim iam nota non eſt inluſtris tua, & omnibus numeris ab-
ſoluta legalis diſciplinæ ſcientia, verè inluſtris: cum ampliſsimo, & per-
quàm lato tuæ Iuriſprudentiæ arvo tam Theoriâ, quam Praxi apprime re-
ferto, miros ſuppeditaveris hortos, & ſpecioſa viridaria, Hiſtoriæ, inquam,
Græcæ & Romanæ, & utriuſque idiomatos aptam notitiam, ſimul cum ex-
acta quorumq; bonorum Auctorum & Philologorum præcognitione, ac ſi
iſtis tantùm operam navaſſes, & tempus omne impendiſſes. Mirentur alij
καὶ ἄπιστον, & extra omnem fidem exiſtimẽt præpoperam, & velut monſtro-
ſam iſtam tuam eruditionem, dum nos illam ex confabulationibus & conla-
tionibus aſsiduis planè plenèq; dignovimus. Præmaximè his diebus in
frequenti exornatione & elucidatione per te adhibita abſolutæ tractationi
quam de delictis Publicis & Privatis prælo paramus; &* Canonicis *ſub-
inde, quas eodem tempore inſequimur,* diſquiſitionibus *noſtris. Imò iure
tuis, quando* commune *propriè* noſtrum *dicitur in Pomponio, & alijs
Iuriſconſultis. Et ſanè in ijs longè magis, nam ſi diſſocientur, excelſiora certè
(abſit ἀπὸ τῆς ἀληθείας λοιδορία) ad te ſunt referenda. Nec enim unquam pu-
debit me fateri, quâ à voce, quâ à calamo tuo magnos mihi & frequentes
profectus obveniſſe. Et hoc quidem poſt improbum meum laborem, maxi-
mè in Iure Civili enodando: poſt duplicem chiliada ſexquialteram, & eo
amplius emiſſarum conſultationum in occurretibus gravioribus cauſis: Id-
que 30. præterpropter annorum ſpatio Hiſpali primùm, & mox hac omnium
primore Palæſtra diſcuſsis; ultra ea quæ externis diebus in Iure Civili Cõ-
muni, & mox in Publico publicæ luci dedimus. At quidquid in me unquam
fuerit poſteritati dicandum, utinam inſignem tuam ſemper ſubeat ſapiatq;
cenſuram καὶ σκυτάλην maximo noſtris uti remur ornamento in perpetuum
futuram. Vivas ergo, ô Macte Virtute & litteris, poſt exactam adoleſ-
centiam, Vir Iuriſconſultiſsime, ad quæcunque iam munera tam Theorias,
quàm Praxeos civilis noſtræ ſcientiæ ſubeunda, omnium quos ego unquam
agnoverim expeditior, aptior & auctior à præmatura tibi obrepẽte, velut
conſummata, providaq; ſenectute. Ita ſpes firma eſt per te ipſam indies
creſcere debere Iuriſprudentiam: velut à Parente tuo, quin & cetero-
rum huius veræ Philoſophiæ ſectatorum, cui non ingratum obſequium me
præſtiturum ſpero. Sed hæc alia res eſt, lato & utinam felici calamo brevi
decantanda. Agnoſcemus ſanè dum aura vitalis ſuperſit magna beneficia à
tanto Patrono in nos conlata, quandoquidem inceſſantibus vigilijs noſtris,
nullum unquam antiquius, maius & aptius præmium (ne dicam pretium)
contingere potuit, quàm Iuriſconſultiſsimi omnium, quos tulit noſtra ætas,
diſerta adprobatio. Ab iſtis tamen, quæ ſponte percurrebam, nunc me conti-
neo,*

neo, & demum abs te peto, ut hæc nostra (velut adsoles alia) tibi extemporè ob singularem modestiam repræsentanda, diligenter exquiras, & perfectè perpolias: ac opus est in re penitissimæ eruditionis maximiq; momenti, uti in præfatæ Diatribes præloquio iam adnotaveram. Et quidem ibi dictis nunc addo, AEgyptiorum annorum dignosin, quod attinet ad Ethnicos, omnium præcipuam, & scitu perquam necessariam esse, cùm ab istis Græci & Romani annos suos adceperint, ut ex Diodoro, Strabone & aliis, heîc & alibi plenè demonstravimus. Habes insignis Vir animi mei aliquod, ac erat in voto, specimen: & simul scriptionis causam. Quibus cum finem istis facio SVMMVM *adprecans* NVMEN, *ut quemadmodum Præstantissimo & Nobilissimo Parenti tuo aptissimè conveniunt illa solertis Antonij Fabri ad suum Sabaudiæ Ducem* (Me nihil minus cogitantem, nec meis ullis, aut amicorum meorum victus precibus, nec aulici cuiusquam præpotentis importunis postulationibus fatigatus, sed solâ iudicij de me tui propensione, hanc mihi provinciam decrevisti, &c.) *ita de te ipso ἐν βράχει, dicere possimus illa eiusdem Fabri*: Nec tanto contentus dato munere, Rhenatum *Fabrum* quoque meum in Senatorium ordinem eodem liberalitatis impetu cooptasti, ut quem non nisi Senatoriæ Dignitatis meæ successorem post meos cineres, te iam tum ita indulgente, speraveram, novo planè, ac ante illum diē inaudito exemplo, haberem vivus laborum meorum etiam testem & comitem. VALE.



¶ APPEN-

APPENDIX EORVM, QVAE IN §. 3. CAP. 12. DISPVTATIONIS DE VERA HVMANI PARTVS DESIGNATIONE EDISERVIT ALPHONSVS CARRANZA I.C. HISPAN. DE ANNIS CIVILIBVS ANTIQVORVM ÆGYPTIORVM.



ESOLVIMVS in cap. 12. §. 3. Disputationis nostræ De naturalis & legitimi partus designatione, & subinde in Diatribe Petaviana cap. 2. annum communem & civilem Ægyptiorum 365. fuisse dierum sine adiectione quadrantis, anno eorumdem Sacro, seu Astronomico & Iuliano, quo nunc utimur, interserti, idque apertissimè comprobavimus ex *Herodoto in Euterpe*, *Theone in* Προχείροις Κάνοσι, *Gemino in* Φαινομένοις, *seu Apparentijs*, *Censorino de die natali, cap. 18.* & alijs dein Neotericis.

Adhæc prædictis locis advertimus, Ægyptijs annum naturalem Tropicum, seu Astronomicum 365. diebus cũ quadrante alterius integrari. Et hoc ipsum adcidisse eorum Hierophantis, maximè Thebanis, apud quos annus Sacer eodem exacto temporis curriculo concludebatur.

Adijcientes super hisce singularem anni Alexandrinorum dimensionem fuisse, ut qui annum civilem haberent 365. diebus & quadrante reverâ constanté, cùm exacto quoquam quadriennio. 1640. dies continentẽ, diem unũ intercalarent, ut inde cuique anno 365. dies cum quadrante responderent. Id quod parum dissimili formâ sequutum fuisse Iulium Cæsarem, cùm annum ab Alexandrinis istis mutuatum Romanis indidisset, clarè probavimus d. §. 3. ex *Dione* & *Theone*.

Et ab his demum prædicta Diatribe refellimus *Scaligerum* & *Petavium* novas intercalandi formas suo ductu, aut captu contra fidem historiæ in anno civili AEgyptiorum adstruentes.

Cùm autem ista nondum innotescerent *Claudio Salmasio*, quo tempore primum Tomum notarum in Solinum publico parabat, is à pag. 552. illius Tomi annorum AEgyptiorum tractationem iniens, quâ solet anim confidentiâ, *quædam super illis permonenda, ac præmunienda non multis fortasse cognita* in fronte scriptionis pollicetur. Hæc ad sequentia concisiore & perspicaciore oratione redigenda curavi.

I. Ait Salmasius primo loco † quartam diei partem ad anni solidi perfectionem, seu ἐκπλήρωσιν deficientem, singulis annis ab AEgyptijs adjici consuevisse: composita tamen post periodo quadam, tot annis constante, quot particulæ, seu quadrantes diem unum mox nominandum & dinumerandum integrarent.

II. Inque huius rei comprobationem citat † *Strabonem* (decurtatum licèt) in verbis per nos expensis in *cap. 12. §. 3. num. 8.*

III. Et inde nugari ait † Censorinum, qui quadriennium Ægyptijs 1460. tantùm diebus designaverit: cùm naturale quadriennium 1461. integret dies, habitâ in unoquoque anno adiecti quadrantis ratione.

Id-

IV. Idque comprobat ab eodem *Strabone* † asserente (ut is fert) periodum illam quadriennalem a quattuor annis solidis & naturalibus conflari.

V. Ab his infert, † *Civilem annum Ægyptiorum nihil discrepare à naturali*, *imò non alium* (inquit) *habebant quàm naturalem, qui 365. diebus & quadrante per-*
VI. *ficitur. Cùm enim annum suum auspicarentur,* † *ab ortu Caniculæ atque ad alterius Caniculæ exortum extenderent ac terminarent, palàm est, & illum disi quadrantem, qui ad anni complementum excurrit anno suo comprehendisse: ideò sine ullo intercalari tam singulos annos, quàm circuitum illum quadriennij servabant. Nec enim solos quinque dies duodecim mensibus τριακονθημέροις tricenis, sed etiam quadrantem illum adijciebant.*

VII. Et quidem horum omnium testem vocat † *Diodorum lib. priore suæ Bibliothecæ historicæ*, eòdem loci quo nos ad nostra istius auctoritate usi sumus d. §.
IIX. *3. num. 7.* ¶ Et subdit, † Iulium Cæsarem (ab AEgyptijs annum mutuatum) ad anni ἐκπλήρωσιν, & solidam perfectionem intercalatione usum, quam illi maximopere abhorrebant.

IX. His præiactis improbat † *Pat. Petavium* sibi, omnium primum, adseverantem AEgyptios quarto anno exacto diem intercalasse, cùm quartus annus nihil plus haberet dierum, quàm præcedentes, nisi quòd tunc illi diei iam expleto nomen indiretur.

X. Et mox *Horum* † *Apollinem* à *Petavio* relatum in eum ipsum retorquet in verbis inferiùs referendis, quibus desiderari ait illa (omnino addenda) καὶ τετάρτον.

XI. Et demum subiungit isthæc † *Plinij lib. 2. cap 47.* (*Omnium quidem si libeat observare minimos ambitus redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est proprium lustri eius semper intercalari uno Caniculæ ortu*) corrigenda esse, & locò eorum *intercalari uno*, reponendum edicit, *in canario anno*, ab optimo (ut inquit) Rigaltij exemplari, ubi legitur, *in calario anno*, pro *canario anno*: ita ut Plinius annum κυνικὸν ab ortu Caniculæ ad alium eiusdem exortum voluerit denotare: quo sensu is ipse Plinius *Canarias insulas* à Canibus nuncupavit. ¶ Est ergo summa omnium prædictorum naturalem, seu Astronomum annum, & sidereum civilemque AEgyptiorum in idem recidere ex sententia Salmasij, multis, ut ipse gloriatur, incognita: imò nulli antehàc, suspicor, excogitata.

Sed hæc omnia quam evidentissimè demonstrant annorum AEgyptiorum antiquam historiam Salmasium penitùs latuisse: ac annorum & mensium Græcorum: quorum tractationem ad cap. 3. Solini (quâ sigillatim pertinebat) ideò subterfugisse video, & bellum cum offensissimo sibi antigonista Petavio inermem conserere recusasse.

I. Et sanè toto (ut aiunt) cælo aberrat † Salmasius, dum singulis annis civilibus quadrantem ab AEgyptijs adiectum putat. Stant quippe in eum Herodotus, Geminus, Censorinus, Macrobius, & Theo à nobis laudati d. *§. 3. num. 4. 6 & 9.* qui disertissimis enuntiarunt verbis, AEgyptios (quod attinet ad annum communem & civilem) quadrantem insuperhabuisse, & 365. dies tantùm cuique anno designasse. Ait enim Herodotus lib. 2. seu in Euterpe: *Ægyptij numero tricenorum dierum, quibus duodecim menses taxant, adijciunt quotannis quinos dies, unde eis ratio circuli temporibus constat, eòdem redeuntis.* Dein Geminus disertiùs ita proloquitur: *Ægyptijs annus est 365. dierum, habent quippe duodecim menses tricenos, quibus superaddunt dies quinque, qua-*

drantem verò non intercalant ob eam scilicet causam,ut ipsis Festa (uti in voto est) *retrogradiantur.* Et demum Censorinus,qui in *cap.18.* ita ait: AEgyptiorum *annus civilis solos habet dies 365.sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est quàm naturale quadriennium.* CIRCITER dixit,quia quod anno ultra 360.dies excurrit quadrantē alterius ἐντελικῶς non æquat, & in 133.præter propter annis defectio illa diem integrat. Et hoc ipsum denotat Plinius iam relatus in verbis illis: MAGNA EX PARTE, ab istis dilucidam interpretationem adcipientibus. ¶ Et sanè hoc in causa fuit emendationi Gregorianæ,seu Lilianæ,ut iam alibi adnotavimus.

His aptè addimus Horum Apollinem in verbis nunc à Salmasio, & antè à Petavio datis *lib.3.cap 2.* illis inquam: ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν: *Enimverò Ægyptijs annus Dei, sive Solaris atque civilis 365. diebus constat.* Addit Salmasius, καὶ τετάρτου, *& quadrante*: sed quâ infelicitate inferiùs suo loco demonstrabimus.

Prædicta tot Auctorum sententijs firmata insignem recipiunt interpretationem ab eorundem AEgyptiorum Hieroglyphicis (compendisâ quadam scripturâ,ut ait *Iamblicus in lib.de myster. Philostrat.de vita Apollin. Apulei. lib.10. Metamorphos.*) annum communem denotantibus. Videmus namque inter alia vulturis nomine seu figurâ annum significasse, exquò *Vultur* (teste *Pierio Valeriano lib. 18. Hieroglyph.cap.2.*) *ut apud Ægyptios habetur, trecentos eos quinque & sexaginta dies,quibus annuum cōficitur tempus,ordine mirifico departitur. Nam cùm annum AEgyptij per tres tantùm qualitates metirentur,* VER *quippe,* ÆSTATEM, *&* HIEMEM. *quæ singula tempora 120.diebus constare voluerunt,quinque insuper dies addiderunt, quos intercalares* (mihi potiùs addititios) *vocitabant. Vultur enim ad huiusmodi portionem anni adcommodata, cùm primùm cōcitata fuerit ad conceptum,qui fit à vento,continuos* QVINQVE *dies*
5 *sine cibo & potu consumit,mox 120.dies prægnans manet,* TOTIDEMQVE *diebus*
120 *pullos educat,reliquos 120.dies immunis est,suarumque tantùm rerum satagit, nec*
120 *prægnationi,nec educationi intenta.*

120 Ijsdem AEgyptijs Nilum οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικρὺς εἶναι, *nil aliud,*
365 *quàm annum omnino fuisse,* strenuè notat Heliodorus Episcopus *lib.9. AEthiopicorum*(quæ & Chariclea à temporibus Nicephori,eodem teste *lib.12.cap.34.* nuncupantur) Idque non ideò solum *quòd annuas*(ut ait Heliodorus) *temporis vicissitudines repræsentaret, æstivam quidem incremento, autumnalem verò decremento, vernam insuper floribus, qui ex ipso enascuntur, & crocodillorum partu.* Sed & quia τῶν κατὰ τοὔνομα στοιχείων εἰς ψήφους καταλαμβανομένων, πέντε
N-- 50 καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι μονάδες, ὅσαι καὶ τοῦ ἔτους ἡμέραι συναχθήσονται, *Litteris*
E-- 5 *huius nominis* ΝΕΙΛΟΣ *dissolutis,& in calculos distributis 365. unitates, quot sunt*
I-- 10 *anni,constantur:* N. quippe 50 denotat, E. refert. 5. Sub hæc. I. denotat 10. At Λ.
Λ-- 30 refert 30. O. innuit 70. Σ. demum præsefert 200. Quæ omnia simul addita nu-
O-- 70 merum 365.conficiunt.

Σ-- 200 Nec ista verissima,quàm quæ veriora, remorari debent auctoritates &
365 rationes,quibus promiscuè utitur Salmasius. His enim ex ordine suo facilè fit satis à sequentibus.

II. PRIMVM, Strabo, † quem ille expendit,loquitur tantùm de anno Astronomico & Hierophantico,Thebanorum ad cælestia sacraque observato, ut clarè patebit cuique totius orationis contextū (iam per nos adductum d.§.3.num.8.) attentè perlegenti, qui sic se habet: *Thebani Philosophiæ & Astronomiæ deditisunt,maximè Sacerdotes. Et horum quidem* (Philosophorum inquam, Astro-

Astronomorum & Hierophanteῶν, ut clarè denotant illa: *λέγονται δὲ καὶ ἀστρόμοι, καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ ἱερεῖς· τούτων δ' ἐστὶν, &c.) proprium fuit anni dies non ad Lunam, sed ad Solis motum æquare æqualibus tricenis mensibus, quinque dein alijs diebus ad finem anni cuiusque superadditis. Cùm autem implemento totius anni aliquam insuper diei partem accedere necesse esset, omnium dierum & annorum particulis simul iunctis spatium quoddam temporis conflabant, quod unum integrum diem constituebat.* Ecquis ab istis non videt Salmasium Strabonis auctoritate abusum, cùm tantus is Auctor diverso in casu eloquatur, de anno scilicet Astronomico & Sacro à communi & civili (de quo noster est sermo) longè distanti.

III. Sub hęc Salmasij notam, quâ Censorinum inurere tentat, inconsultam prorsus diiudico. Loquitur quippe insignis ille Scriptor de quadriēnio civili ex quattuor annis quadrantis expertibus compacto, quod inde *1460.* tātùm diebus constare ait in verbis à nobis suprà datis. A quibus illicò idem Censorinus subinfert: *Eòque fit ut anno 1461. ad idem revolvatur principium*, quasi diceret ex 1461. annorum ante actorum prætermissis quadrantibus retro, annum retardatione, seu præcessione componi. Qui communis est ista tractantium adsensus, quem probavimus in Diatribe d. *cap. 2. num. 9.* Nisi mavis illa Censorini *anno 1461.* ita intelligere, ut ibi annus dicatur quadriennij periodica revolutio, seu circulus iste maior mensium & dierum, cui anni nomen aptè convenit, ex traditis à *Varrone lib. 5. de ling. Latina.* Quibus aptissimè conveniunt ea quæ edisseruit *Petavius lib. 3. d. cap. 2. in fin.* ¶ Vt inde apud AEgyptios annus θεῦ, idest, Solis (quem pręcipuum Deum agnoscebāt) in triplici fuerit differentia, unus è 1461. quadrantibus compactus. Alter ad quadriennium naturale die scilicet uno interserto referendus. Alius denique civilis 365. tantùm diebus constans, quem communis AEgyptiorum adsensus annuæ periodo respondentem putabat, ut patet ex illis *Herodoti* dict. *lib. 2: Vnde eis ratio circuli temporibus constat eodem redeuntis.* Et ab his intelligendi sunt Horus & Censorinus de anno θεῦ agentes in locis iam relatis.

IV. Strabo † verò à Salmasio iterùm in Censorinum expensus (præter quàm quòd de anno civili & communi AEgyptiorum non loquitur) quadriennij naturalis certè non meminit, nec civilis, ut inde hæc illi à Salmasio apertissimè imponantur.

V. Male ergo ex præfatis † subinfert civilem AEgyptiorum annum nil distare à naturali, quando id usque dum ex Strabone (aliter intelligendo) comprobandum curavit.

VI. Nec quidquam eum iuvat ratio † illa: *AEgyptios annum auspicari ab ortu ad alterum exortum Caniculæ.* Hæc namque propositio propria fuit Astronomorum annum sidereum observantium; quę res alia erat, à communi & populari sensu disitissima. Quin & sidereus annus à naturali discrepat, nā plus aliquid temporis insumit, ut planè demonstrat Ptolemæus Almagesti *lib. 3.* Estque omnibus ista tractantibus notissimum nullâ egens probatione.

VII. Quæ verò in suæ sententiæ comprobationem ex Diodoro † Salmasius adducit, deminuta certè sunt: nam desunt pręcedentia illa *Thebæi* (omitto, ut moris est, Gręca, ubi illis non est opus) *vetustissimos omnium mortalium se esse prædicant, apud quos omnium primos Philosophia, & exactior Astrologia sit inventa, adiuvante eos terræ situ ad ortus & occasus siderum illustrius cognoscendū. Modoq; peculiari menses & annos apud se ordinatos cōstat.* His succedunt illa à Salmasio in medium adducta, *Dies enim non ad Lunæ, sed ad Solis motum exi-*

gen-

gentes tricenos mensibus dies adcommodant, & post duodecimum quemque mensem quinque dies cum quadrante intercalant, eaque norma circulum annuum absolvunt: quæ planè demonstrant Diodorum (cui adcinit Strabo, suprà expensus) loquutum de anno Thebanorum Astronomico naturali & de Hierophantico, seu Sacro, non de Civili & Communi.

IIX. Fallitur insuper Salmasius, dum Iulium † Cæsarem annum ab AEgyptijs mutuatum ἁπλῶς putavit, ut enim ex Dione *lib.43.* apertissimè deprehenditur, & omnibus ferè in confesso est, Cæsar ab Alexandrinis (quibus tantùm annus civilis 365. diebus cum suo quadrante constabat, ut ex eodem Dione & Theone clarè probavimus dict. *§.3. num. 9.*) annum præcipuè Romanis observavit: diversum quidem in modo intercalandi, & dierum è mensibus subductione, ut prænotavimus dict. *num.9.*

IX. Nec minus decipitur existimans, vel supponens, Dionys. † Petaviũ omnium primum exacto quadriennio AEgyptiorum diem unum interseruisse, quando super hac re à Patre Petavio commenta partim saltem sint vera, id est, quod attinet ad annos Hierophanticos AEgyptiorum, & simul ad Alexandrinos civiles, qui, post quadriennium commune (quod 1460. diebus constabat) decursum, unius diei superadditione integrabantur, ut clarè elicitur ex Diodoro, Strabone, Dione & Theone per Nos relatis in d §.3.

X. Et sanè hoc est quod voluit Horus Apollo in verbis à Salmasio adductis, & ex voto in Petavium retortis, quæ Latio sermone sic sonant: AEgyptij *annum labentem denotare curantes, quartam arui seu ἀρούρας partem depingunt: est enim ἄρουρα terra quædam mensura centum cubitos complectens, itaque annũ innuere volentes* QVARTVM *dicunt, propterea quòd à Caniculæ, cui Sothis nomen, exortu usque ad alium exortum interiectus sit diei quadrans. Re enim vera AEgyptijs annus Dei sive Solaris (civilis) 365. diebus constat. & hinc fit, ut quartoquoque anno* Cynico perficiendo *superstitem diem* ex quadrantibus compactum *intercalẽt: quattuor siquidem diei quadrantes diem unum constituunt.* Loquitur enim Horus de anno Sacro ἱερογλυφικῶς denotato, ut verè sensit qui epigraphẽ illam libello Hori adposuit, *Horapollinis Niliani* ἱερογλυφικα, *seu sacræ scripturæ, seu sculpturæ*, &c. id enim sonat, valetvé dictio Græca. Vt inde Auctor iste mirè concinat Herodoto & Straboni eundem annum Hierophanticum describentibus. Falluntur ergo æquè Petavius & Salmasius, dum existimarunt, Horum intelligendum de anno civili & communi AEgyptiorum, cùm nil minus curæ illi esset hieroglyphica tantùm & sacra tractanti.

IX. Est ergo sensus illorum Hori Apollinis, AEgyptijs Hierophantis (omnium excelsiùs Philosophica & Mathematica callentibus, teste *Strabone lib. 17.*) annum Hieroglyphicè per quadrantem arui seu ἀρούρας (quæ mensura est 100. cubitis constans) designari; quia quadrantem diei ab exortu stellæ Sothis, id est Caniculæ, usque ad alium eiusdem stellæ exortum ultra 365. dies observabant ad anni siderei congruam structionem: quem ab hac temporis particula (quartam diei partem conficiente) sub quadrantis nomine, aut delineatione denotabant. Quamvis enim θεοῦ annus, sive ἡλιακὸς, id est, Solis, AEgyptijs communis 365. tantùm dierum numero (ut iam vidimus) præcluderetur, annus tamen Cynicus Hierophantων Astronomica percallebantibus à quarta excurrente insignem certè, & diversam sortiebatur notationem, die ex tetracteride, seu quattuor quadrantibus decursis quadriennio civili interiecta, ita ut ad 1461. dies id quadriennium naturale & Hierophanticum ascenderet: cùm alterum illud civile 1460. tantum diebus inte-

tegraretur, ut vidimus suprà cum Censórino. ¶ Stant ergo adversativè illa Hori ὡς εἶναι τὸ ἔτος τοῦ θεοῦ τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν (denotantia annum communem & civilem) subsequentibus illis: ὅθεν καὶ διὰ τετραετηρίδος περιεσσὴν ἡμέραν ἀριθμοῦσιν Αἰγύπτιοι τὰ γὰρ τέσσαρα τέταρτα ἡμέραν ἀπαρτίζει, quam apertissimè exprimentia anni Cynici & Sacri constitutioné & dimensioné.

Cùm autem ista Salmasius non pensitasset, decrevit audaci Criticorum more Hori orationem deturpare, & illis, τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν, superaddere, καὶ τετάρτου ita *Manu* velut *Regia* Horum impellens, ut sibi ipsi non constaret, & Salmasij simul sententiam vellet nollet adstrueret. Potuisset enim solers iste alioquin Vir nō adeò aperto Marte textus fidem infringere, si prænotasset illa τριακοσίων, &c. notulis illis tritis designari consuevisse, τξε. & quadrantem illa δ' ut inde à dinumeratione 365. dierum cū quadrāte sic Græcis denotata τξε δ'. facilè subprimi, aut dilabi potuerit illud δ' quod certè verosimilius esset, quàm duas illas ex abrupto interserere voces καὶ τετάρτου. ¶ Satius sanè & verò proprius Ioan. Pierius prædicta Hori Apollinis attendens, ita ait *lib. 39. Hieroglyph. cap. 30. AEgyptij duas anni rationes habuerunt, unam, qua vertentem 365. diebus & horis senis* (loquitur de anno naturali, seu tropico) *agnoscebant, alteram, qua Sotheos ortum, quarto quoque anno quadrantibus illis dies quattuor in unum contractis, observabant; subputationi huiusmodi responderet. Cùm verò iugerum centum cubitis dimetirentur, quartam iugeris, quæ scilicet cubitis 25 claudebatur, pro sex horis, quæ unoquoque anno superabant, accipere consueverunt, ac proinde vertentem annum intelligebant, cui quarta illa diei pars addita, quarto quoque absoluto, dies etiam unus intercalaris, ex quartis illis adauctus adijciebatur.* De duplici ergo anni forma Horum intelligendum sensit Pierius; deceptus tamen, dum primam ad annum naturalem retulit, cùm Horus loquutus fuerit disertis verbis de civili & communi 365. tantùm diebus constante.

Quid autem in causa fuerit, ut arvi descriptio annum Hieroglyphicè referret mihi, ni fallor, demonstant illa Theophrasti *lib. 3. de causis plantarum, cap. 29.* ἔτος φέρει οὐκ ἄρουρα *annus frutificat, seu producit, non tellus*, quę planè demonstrant anni, terræque mutuas vicissitudines καὶ ἔργα: annoque simul ceu rerum Parenti vim omnium miro ordine productricem mediâ terrâ adscriptam. Vt inde nil mirum, si annus per arvum eiúsve partem aliquam ἱερογλυφικῶς denotaretur: sicuti aliàs designatur à Nili annuis commutationibus, ut iam notavimus cum Heliodoro.

XI. Demum Pliniana † emendatio à Salmasio excogitata insignem præsefert audaciam, dum mutat & retorquet sensum apertum, & subinde concinentem his quæ in proposito prosequitur Collumela *lib. 3. cap. 16.* ab isto mox relatus. Et simul refragatur traditis ab Herodoto, Gemino, Theone, & Censorino, suprà relatis, & in dicto *§. 3.* Ecquis non videt illa clara & aperta *intercalari uno. i. die*, multifariam Salmasium vitiasse supponendo *in canario anno?* ¶ Ad hæc Plinio (selectarum & abditissimarum rerum insigni indagatori) quid opus fuisset adnotare principiū lustri in anno κυνικῷ, seu sidereo semper in Caniculę ortu contingere? quæ res nulli dubia. ¶ Addo Plinium ex Eudoxi auctoritate omnes anni tempestates ad idem punctū exacto quadriennio redire existimavisse, & rectè quidem: nam ut ait Strabo dict. *lib 17: Eudoxus cum Platone AEgyptum profectus est, & ambo cum Sacerdotibus annos tredecim sunt versati, ut nonnulli tradiderunt. Isti Sacerdotes cùm cœlestium scientia præstarent, ceterum arcanam eam servarent, nec cum quoquam com-*

mu-

municare vellent, tamen & tempore & obsequio devicti nonnulla præcepta enarraverunt, cùm plurima interim Barbari occultarent; ij excurrentes diei, ac noctis particulas supra 365. dies ad anni complementum tradiderunt. Quæ planè demonstrant Eudoxo anni naturalis, & siderei constitutionem ab AEgyptijs accepisse, & simul excurrentis quadrantis intercalationem, quam attendit Plinius verbis illis aptissimis *intercalari uno* à Salmasio incassùm enervatis. ¶ Sub hæc quis admittet cacophoniam illam & enervem orationem in Plinio (diligentissimæ eloquutionis Scriptore) *In Canario anno Canicula ortu?* ¶ Et ubinam alibi Canarij istius anni mentio apud Latinos?

Vides ut Salmasius suam novam opinionem, auctoritate destitutam, obfirmat & fundat in contemptu, & impugnatione Censorini, cui uni Latinorum historiam anni tractantium meritò palma defertur? Et in deviâ Hori Apollinis superadditione? Et infelicissimâ Plinij emendatione? Certè hac insigni licentiâ facile cuivis erit mutare (ut aiunt) quadrata rotundis.

Disperdantur ergo isthæc cum suo Auctore, qui annum communem & civilem omnium Ægyptiorum 365. diebus cum quadrante constantem, & in naturalem, seu tropicum recidentem suo fecit captu, existimans quadrantem illum quoquam anno interseri solitum, ex quô ab exortu Caniculæ annus initium adsumebat, quasi omnibus annis eodem puncto & momento temporis Caniculæ, sive Sotheos exortus accideret. Id quod dici non potest, cùm sidus istud motu suo naturali aliò semper tendat, & quavis annuâ Solstitiali tempestate diversum occupet locum. Vt inde annus sidereus constans, fixusque non fiet, ac naturalis: quo cum Salmasius parum aptè sidereū, sive κυνικὸν confundit, expers primorum Astrologiæ rudimentorum, quæ in Sphæræ elucidatione, & Ephemeridum prolegomenis vulgò passimque traduntur.

Erravit ergo Salmasius omnibus illis, quæ circa annum AEgyptiorum præmonenda & præmunienda duxit, & gloriosè singularia & ignota prædicaverat. ¶ Primùm, dùm annum civilem AEgyptiorum 365. dierum cum quadrante esse voluit. ¶ Secundò, dum quadrantem sub cuiusvis anni finem non expectato quadriennio interseri voluit. ¶ Tertiò, dum annum istum communem & civilem AEgyptiorum eundem facit cum naturali & Hierophantico, solis Sacerdotibus & Astronomis notum, ut vidimus cùm Diodoro & Strabone. ¶ Quartò, dum sidereum annum cum naturali, quin & communi confundit. ¶ Et demum quintò, dum vagam, & (ut ait Catullus) *imaginosam* suam sententiam (nec ullo modo sustinendam) nullius auctoritate confirmat: & sibi reluctantes melioris notæ Scriptores Censorinum, Horū & Plinium, quà damnat, quà deturpat & dilaniat.